

486 [G]neae Seiae Herenniae Sallustiae | [B]arbiae Orbianaee sanctissimae Augustae, | coniugi Aug. nostri, | eqq. singulares¹ devoti | [n]umini maiestatique eius, curante | [L]icinio Hieroclete proc. Aug., | praeside provinciae.

Caesareae Mauretaniae (hodie Cherchel) (VIII 9333). Una repertus est titulus Severi Alexandri anni 227 (VIII 9334), quo anno etiam hic videtur positus esse. — Alios titulos huius Augustae habes C. II 3734. X 1654. — 1) *De his equilibus singularibus praesidis provinciae cf. Mommsen Eph. epigr. 4 p. 404; Domaszewski arch. ep. Mitt. 10 p. 22.*

487 imp. Caes. | C. Iulius | Verus | Maxi[minus P. F.]¹ | invictus Aug., | Aquileiensium | restitutor | et conditor, | viam quoque | geminam | a porta usque | ad pontem² | per tirones | iuventut. novae | Italicae suae | dilectus posterior., | longi temporis | labe corruptam, | munivit ac | restituit.

Aquileiae (V 7989; similis lapidis fragmentum V 7990). — 1) *Nomina Maximi mini erasa, sed pleraque legit Mommsen.* — 2) *Iudice Mommseno intellegitur pons Sontii distans ab Aquileia milia passuum circiter sedecim, saepius memoratus ab auctoribus, primum (sed nomine fluvii non posito) ab Herodiano 8, 4 (cf. Mo. C. V p. 73).*

488 imp. Caes. <C. Iulius | Verus Maximinus Pius>¹ | Felix Aug. Germ. max. Sar|mat. max. Dacicus max. pont. | max., trib. potest. III², imp. VI², | <C. Iulius Verus Maximus nobilissimus Caes.>¹ princeps | iuventutis Germ. max. Sar|mat. max. Dacicus max. | viam a Karthagine usque ad fines Numidiae | provinciae longa incuria | corruptam adque dilapsam restituerunt. LXX.

Tunete, columna miliaria viae Carthagine Thevestem ducentis (VIII 40047; eadem inscriptione inscriptae columnae sunt praeterea VIII 40063. 40073. 40075. 40083. 40087. 40095. Eph. ep. 7, 568. 575. 584). — 1) *Quae uncis <> inclusimus, videntur esse in litura reposita; scilicet erasa primum sunt nomina Maximini et Maximi, postea restituta (illud factum putat Mo. ad VIII 737 iussu Gordiani senioris, hoc post caudem Gordianorum a legato Numidiae Capelliano).* — 2) A. 237. — 3) *In reliquis similibus lapidibus Africanis eiusdem anni (VIII 40021. 40073. 40075. Eph. 7, 559, sed cf. Eph. 7, 573) est imp. V.*

489 imp. Caes. [C. Iulius | Verus Maximinus]¹ | Pius Felix Aug. | pontif. max. Germ. max. | Dacicus max. Sarm. max., | trib. potest. IIII², imp. V, | cos., procos., p. p. et [C. Iulius Verus Maximus nob. Caesar]¹ | Germ. max. Dacicus max. | Sarmaticus max., | princeps iuventutis, | litus vicinum viae Severianaee, | adsiduis maris adluentibus | fluctibus ad labem ruinae | labefactatum, aggeribus | marini operis a fundamentis, | ut periculum commeantibus | abesset, extrui curarunt.

Ardeae (X 6844 ad exempla duo saec. XV vel XVI). — 1) *Litteras data opera erasas esse cum observaverint descriptores, Maximini et Maximi nomina periisse vidit Mommsenus.* — 2) A. 238.